



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Vbi terminare debeant contentiones ortæ inter Christianos. cxxxix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

*Quòd in vnaquaque Ecclesia tam de redditibus quam oblationibus quatuor debeant fieri portiones.*

*Caput CXXXVII.*

*Ex epist.  
Gelasii  
papae,  
cap. 27.*

**Q**Vatuor autem tam de redditibus quam de oblationibus fidelium, prout cuiuslibet ecclesiae facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, convenit fieri portiones. Quarum sit vna pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiae memoratam dependere quantitatem, sic clericus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter nouerit expetendum. Ea verò quae ecclesiasticis aedificiis attributa sunt, huic operi veraciter praerogata, locorum deceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est si sacris aedibus destitutis, in lucrum suum praesul impedia haud designata conuertat. Ipsam nihilominus ascriptam pauperibus portionem, quamuis diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen iuxta quod scriptum est: Ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est, oportet etiam praesenti testificatione praedicari, & bonae famae preconiiis non taceri.

*Item quòd de decimis quatuor debeant fieri portiones. Cap. CXXXVIII.*

*Ex conc.  
Hænētēsi.  
cap. 6.*

**I**nstruendi sunt presbyteri, pariterque admonendi, qui tenus nouerint decimas & oblationes quas à fidelibus accipiunt, pauperum & hospitem & peregrinorum esse stipendia, & non quasi suis, sed quasi commendatis vti. De quibus omnibus sciant se rationem posituros in conspectu Dei, & nisi eas fideliter pauperibus & his qui praemissis sunt administrauerint, damna passuros. Qualiter verò dispensari debeant, canones sanctè instituunt. Scilicet, quatuor partes inde fiant, vna ad fabricam ecclesiae reuandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quarta episcopo referenda, ut quicquid exinde iusserit, prudenti consilio fiat.

*Vbi terminari debeant contentiones certa inter Christianos. Cap. CXXXIX.*

*Ex decre.  
Marcelli  
pap. ca. 3.*

**Q**uacumque ergo contentiones inter Christianos fuerint, ad ecclesiam deferant, & ab ecclesiasticis



viris terminentur. Et si obedire noluerint, quousque obedi-  
ant à liminibus sanctæ ecclesiæ excludantur.

*De his qui oblationes parentum aut testamenta, vel  
quod ipsi donauerint Ecclesiis, retinere aut aufer-  
re conantur. Cap. CXL.*

**C**lerici etiam vel seculares, qui oblationes parentum aut *Ex concil.*  
donatas, aut testamentis relictas retinere perfite- *habito a-*  
rint, aut id quod ipsi donauerint ecclesiis vel monaste- *pucl Va-*  
riis crediderint auferendum, sicut synodus sancta con- *sentias.*  
stituit, velut necatores pauperum, quousque reddant ab *cap. 4.*  
ecclesiis excludantur.

*De illis qui Deum heredem faciunt. Cap. CXLI.*

**A**ugustinus ait in libro de Hæredibus: Noli sub imagi- *S. Isidor.*  
ne pietatis augere pecuniam, dicens: Filiis meis ser- *dicut.*  
uo has res. Quare non potius seruas illi qui te ex nihilo  
fecit, qui te pascit, & filios seruat? Nõne melius creatori  
tuo thesaurizabis quàm filiis? Item idem: Qua fronte hæ-  
reditatem à Christo quaris, quum Christum tua hæredi-  
tate fraudaueris? Qui dixit: Thesaurizate vobis thesau-  
ros in cælo?

*De his qui oblationes defunctorum aut negant aut  
difficiliter reddunt. Cap. CXLII.*

**Q**ui oblationes defunctorum aut negat ecclesiis, aut *Ex concil.*  
cum difficultate reddunt, tanquam egentium ne- *apud Va-*  
catores excommunicentur. *sentias,*

*De eadem re. Cap. CXLIII.*

**I**psa enim res fidelium, oblationes appellatur: quia do- *Ex decre.*  
nino offeruntur. Non ergo debent in alios vsus quàm *Vrba. pa*  
ecclesiasticos, & prædictorum Christianorum fratrum *cap. 4.*  
vel indigentium conuerti: quia vota sunt fidelium, & pre-  
cia peccatorum, atque ad prædictum opus explendum do-  
mino traditæ. Si quis autem, quod absit, secus egerit, vi-  
deat ne damnationem Ananix & Saphyræ percipiat, &  
reus sacrilegij efficiatur sicut illi fecerunt qui precia præ-  
dictarum rerum fraudabant, de quibus in prædictis legi-  
tur apostolorum actibus.

*De eadem re. Cap. CXLIII.*

**S**i quis oblationes ecclesiæ extra ecclesiam accipere vel *Ex concil*  
dare voluerit præter conscientiam episcopi vel eius cui *Gangr. 1.*  
*cap. 7.*



D. BURCHARDI EPIS. VVORMAC.

*Quòd in vnaquaque Ecclesia tam de redditibus quàm oblationibus quatuor debeant fieri portiones.*

*Caput CXXXVII.*

*Ex epist.  
Gelasii  
papæ,  
cap. 27.*

**Q**uatuor autem tam de redditibus quàm de oblationibus fidelium, prout cuiuslibet ecclesiæ facultas admittit, sicut dudum rationabiliter est decretum, conuenit fieri portiones. Quarum sit vna pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda. De quibus sicut sacerdotis intererit integram ministris ecclesiæ memoratam dependere quantitatem, sic clericus ultra delegatam sibi summam nihil insolenter nouerit expetendum. Ea verò quæ ecclesiasticis aedificiis attributa sunt, huic operi veraciter prærogata, locorum deceat instauratio manifesta sanctorum: quia nefas est si clericis aedibus destitutis, in lucrum suum præsul impédia hu designata conuertat. Ipsam nihilominus ascriptam pauperibus portionem, quamuis diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse videatur, tamen iuxta quod scriptum est: Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est, oportet etiam præsentis reificatione prædicari, & bonæ famæ preconiiis nõ taceri.

*Item quòd de decimis quatuor debeant fieri portiones. Cap. CXXXVIII.*

*Ex concil.  
Hænētēsi.  
cap. 6.*

**I**nstruendi sunt presbyteri, pariterq; admonendi, qui tenus nouerint decimas & oblationes quas à fidelibus accipiunt, pauperum & hospitem & peregrinorum esse stipendia, & non quasi suis, sed quasi commendatis vti. De quibus omnibus sciant se rationem posituros in conspectu Dei, & nisi eas fideliter pauperibus & his qui præmissis sunt administrauerint, damna passuros. Qualiter verò dispensari debeant, canones sanctè instituunt. Scilicet, quatuor partes inde fiant, vna ad fabricam ecclesiæ reuandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quarta episcopo referenda, ut quicquid exinde iusserit, prudenti consilio fiat.

*Vbi terminari debeant contentiones certæ inter Christianos. Cap. CXXXIX.*

*Ex decre.  
Marcelli  
pap. ca. 3.*

**Q**uæcumq; ergo contentiones inter Christianos fuerint, ad ecclesiam deferant, & ab ecclesiasticis